


mus deinde ex ligno simili segmentum aliud *d c* (Num. 3.) quod in locum abscissi arctè subingeri posset ac inferne, qua parte planitiei *F G* responsum erat, sulcatum esset eo modo, quem Num. 4. supino segmenti positui spectandum offert. Hic sulcus denique foramine pertusus est ejus amplitudinis quæ recipientis exhausti epistomium recipere queat.

X. Paratum hoc modo segmentum *c d*, ubi insinuatum decenter lacunæ **C D** (Num. 1.) fuerit, omnibus ejus commisuris undique cerâ probè oblitis, habebimus integrum tormenti hujus lignei formam, quam Num. 2. videre est. Hoc ubi vehiculo suo more solito posthac imposuerimus, deorsum converso foramine *e* quod in hoc situ supino sursum spectat, & exhaustum ante recipiens epistomio suo foramini dicto applicerimus;



N.4-N.3.